Dominica prima adventus domini lectio prima

Visio ysaye filii amos quam
vidit super iudam et hierusa
lem: in diebus ozie ioathan
achaz. ezechie regum iuda.
Audite celi et auribus perci
pe terra: quia dominus locutus est.
Filios enutrivi et exaltavi:
ipsi autem spreverunt me.
Cognovit bos possessorem
suum. et asinus presepe domini
sui. israel autem me non
cognovit: et populus meus
non intellexit. Ve genti pec
catrici. populo gravi iniqui
tate. semini nequam: filiis scele
ratis. Dereliquerunt dominum.
blasphemaverunt sanctum israel:
abalienati sunt retrorsum.
Hec dicit dominus deus. Conver

timini ad me et salvi eritis.
[S]uper quo
percutiam vos ultra:
addentes prevaricationem.
Omne caput languidum: et
omne cor merens: a planta pe
dis usque ad verticem. non est in
eo sanitas. Vulnus et livor
et plaga tumens: non est
circumligata nec curata medi
camine. neque fota oleo. Terra
vestra deserta: civitates vestre
succense igni. regionem vestram
coram vobis alieni devorant:
et desolabitur sicut in vastita
te hostili. Et derelinquetur fi
lia syon ut umbraculum in vi
nea. et sicut tugurium in cu
cumerario: sicut civitas que
vastatur. Nisi dominus exercituum
reliquisset nobis semen: qua
si sodoma fuissemus. et qua
si gomorra similes essemus.
Hec dicit dominus deus.
[A]udite verbum domini prin
cipes sodomorum: au
ribus percipite legem dei nostri
populus gomorre. Quo mihi
multitudinem victimarum ve
strarum dicit dominus. Plenus

**Missal page, 14th or 15th century**
*Time Travel 101* lending collection
Cotsen Children's Library
Princeton University Library



et merita est iniquitas s'.
Credo uidere bona domi
in terra uiuencium. Ps.
Expecta dominum uirili
ter age et confortetur cor
tuum: et sustine dominum.
Requiem eternam. An.
Credo uidere bona domini: i terra
uiuencium. V. In memoria
eterna erunt iusti. R. Ab au
dicione mala nō timebunt.
Pater nr. lco. iiij.
Quantas habeo ini
quitates et peccata scelera
mea atq; delicta ostendis

**Book of Hours page, circa 1425 - 1450**

*Time Travel 101* lending collection
Cotsen Children's Library
Princeton University Library

méntí : & à própriis reátibus indesinénter expédiat : & ab ómnibus tueâtur aduérsis. Per Dóminum.

Aliæ Postcommuniones, vt in Dominica præcedenti.

Super populum. Orêmus.

Humiliâte cápita vestra Deo.

DA nobis, quæsumus, omnípotés Deus: vt, qui infirmitátis nostræ cónscij de tua virtûte confídimus, sub tua semper pietâte gaudeâmus. Per Dóminum.

## SABBATHO.

*Statio ad sanctum Nicolaum in carcere.*

Introitus.

Isaiæ 55. SItiétes veníte ad aquas, dicit Dóminus: & qui non habêtis prétiũ, veníte, & bibite cum lætítia.

Psal. 77. Psalm Atténdite pópule meus legem meam: inclinâte aurem vestrã in verba oris mei. ℣. Glória patri.

Oratio.

FIat, quæsumus, Dómine, per grátiam tuam fructuósus nostræ deuotiônis afféctus: quia tunc nobis pródérũt suscépta ieiúnia, si tuæ sint plácita pietáti. Per Dóminum.

Aliæ Orat. vt in Dñica præcedenti.

Léctio Isaíæ prophétæ.

Cap. 47. HÆc dicit Dñs: In témpore plácito exaudíui te: & in die salûtis auxiliâtus sum tui. Et seruáui te: & dedi te in fœdus pópuli: vt suscitáres terram: & possidéres hæreditátes dissipátas: vt diceres his, qui vincti sunt, exíte: & his, qui in ténebris sunt, reuelámini. Super vias pascéntur: & in ómnibus planis páscua eôrum. Nõ esúrient, neque sitient: & non percútiet eos æstus & sol: quia miserâtor eôrum reget eos: & ad fontes aquârũ portâbit eos. Et poná omnes móntes meos in viam: & sémitæ meæ exaltabúntur. Ecce isti de lõgè vénient: & ecce illi ab Aquilône & mari: & isti de terra austráli. Laudâte cæli, & exúlta terra: iubilâte móntes laudem: quia consolâtus est Dóminus pópulum suum, & paúperum suôrum miserébitur. Et dixit Sion. Derelíquit me Dóminus: & Dóminus oblîtus est mei. Núquid obliuísci potest múlier infántem suum, vt nõ misereâtur filio vteri sui? Et si illa oblîta fúerit: ego tamen non obliuíscar tui, dicit Dóminus omnípotens.

Graduale. Tibi Dñe derelíctus est pauper: pupíllo tu eris adiûtor. ℣. Vt quid Dñe recessísti lõgè, déspicis in opportunitátibꝰ in tribulatiône? dũ supérbit ímpiꝰ, incéditur pauper. Psalm. 9.

Sequéntia sancti euangélij secúndum Ioánnem.

Cap. 8. IN illo témpore: Dicêbat Iesus turbis Iudæôrum. Ego sum

**Breviary page, 17th century**
*Time Travel 101* lending collection
Cotsen Children's Library
Princeton University Library

res erãt cuidã fœneratóri: vnus debêbat denários quingẽtos, & álius quinquagínta. Nõ habéntibꝰ illis vnde rédderent, donâuit vtríſq;. Quis ergo eũ plus díligit? Reſpóndẽs Simõ, dixit. Æſtimo, quia is, cui plus donâuit. At ille dixit ei. Rectè iudicâſti. Et conuérſus ad mulíerẽ, dixit Simóni. Vides hãc mulíerẽ? Intráui in domũ tuã; aquã pédibꝰ meis non dediſti: hæc autẽ láchrymis rigâuit pedes meos; & capíllis ſuis terſit. Oſculũ mihi non dedíſti: hæc autẽ ex quo intráui, non ceſſâuit oſculári pedes meos. Oleo caput meũ non vnxíſti: hęc autẽ vnguẽto vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittúntur ei peccâta multa, quóniã diléxit multũ. Cui autem minus dimíttitur, minus díligit. Dixit autẽ ad illã. Remittúntur tibi peccâta tua. Et cœpérũt qui ſimul accumbébant, dicere intra ſe. Quis eſt hic, qui étiam peccâta dimíttit? Dixit autem ad mulíerẽ. Fides tua te ſaluam fecit: vade in pace. Et dicitur Credo.

Pſal. 44. Offert. Fíliæ regũ in honôre tuo: áſtitit regína à dextris tuis in veſtítu deauráto, circũdata varietâte. Secr.

MVnera noſtra, quæſumꝰ, Dñe, beátæ Maríæ Magdalénæ glorióſa mérita tibi reddant accépta: cuius oblatiónis obſéquium vnigénitus fílius tuus cleménter ſuſcêpit impénſum. Qui tecum viuit.

Communio. Feci iudicium & iu- Pſal. 118
ſtítiam Dómine, non calumniéntur mihi ſupérbi; ad ómnia mãdâta tua dirigêbar; omnem viam iniquitâtis ódio hábui. Poſtcommunio.

SVmpto, quęſumus, Dómine, vnico ac ſalutári remédio, córpore ſcílicet, & precióſo ſánguine tuo: ab ómnibus malis, ſanctæ Maríæ Magdalénæ patrocíniis eruâmur. Qui viuis & regnas.

## IN FESTO XXIII.

## S. Apollinaris Epiſc. & mart.

Introitus 6.



SAcerdótes Dan. 3.
Dei benedícite Dñm: ſancti & húmiles corde laudâte Deũ. Pſal. Bene- Ibidem.
dícite ómnia ópera Dñi Dño: laudâte & ſuperexaltâte eũ in ſęcula. ℣. Glória. Orat.

DEus, fidéliũ remunerâtor animârũ, quíq; hunc diẽ beâti Apollinâris ſacerdôtis tui martyrio cõſecrâſti: tribue, quęſumus, nobis fámulis tuis: vt, cuius venerãdã celebrâmꝰ feſtiuitâtẽ, précibꝰ eius indulgẽtiã cõſequâmur. Per dñm.

Léctio epiſtolæ beáti Petri apóſtoli.

CAríſſimi: Senióres qui in 1. cap. 5.
vobis ſunt, óbſecro cõſénior & teſtis Chriſti paſſiónũ, qui

**Breviary page, 17th century**
*Time Travel 101* lending collection
Cotsen Children's Library
Princeton University Library

Hieruſalém: afferéntes ægros, & vexátos à ſpiritibus immúndis: qui curabántur omnes.

Pſal. 44. Graduale. Cóſtítues eos príncipes ſuper omnem terrã: mémores erunt nóminis tui Dñe. ℣. Pro pátribus tuis nati ſunt tibi fílij: proptérea pópuli cõfitebũtur tibi. Alleluia, allel. ℣. Rogáui pro te Petre, vt non defíciat fides tua: & tu aliquãdo cõuerſus, confirma fratres tuos, allelúia.

Sequéntia ſancti euangélij ſecúndum Matthæum.

IN illo tẽpore: Dixit Simon Petrus ad Ieſum. Ecce nos reliquimus ómnia, & ſecúti ſumus te: quid ergo erit nobis? Ieſus autẽ dixit illis. Amẽ dico vobis, quòd vos qui ſecúti eſtis me, in regeneratiône cũ ſéderit filius hóminis in ſede maieſtâtis ſuæ, ſedébitis & vos ſuper ſedes duódecim, iudicãtes duódecim tribus Iſrael. Et omnis qui relíquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrẽ, aut matrẽ, aut vxôrẽ, aut filios, aut agros propter nomẽ meũ: céntuplũ accípiet, & vitam ætérnam poſſidêbit. Credo.

Pſal. 18. Offertor. In omnem terram exîuit ſonus eôrum: & in fines orbis terræ verba eôrum. Secreta.

HOſtias, Dómine, quas nómini tuo ſacrãdas offérimus, apoſtólica proſequâtur orátio: per quam nos expiári tribuas & deféndi. Per Dñm.

Secunda Orátio. Tua Dómine. tertia, Prótege. vel Oblátis.

Præfatio de Apoſtolis.

Communio. Vos, qui ſecúti eſtis me, ſedébitis ſuper ſedes: iudicántes duódecim tribus Iſrael. Poſtcõm.

QVos cæléſti, Dómine, alimẽto ſatiâſti, apoſtólicis interceſſiónibus ab omni aduerſitâte cuſtódi. Per Dñm.

Secunda Oratio. Sumptis Dñe. tertia, Quæſumus vel Hæc nos.

## IN OCTAVA apoſtolorum Petri & Pauli. VI.

Introitus I.



SApiéntiã ſanctôrũ narrẽt pópuli, & laudes eôrũ núntiet eccléſia: nómina aũt eôrũ viuent in ſéculum ſæculi. Eccl. 44. Pſalm. Exultâte iuſti in Dño: rectos decet collaudátio. Pſal. 32. ℣. Glória patri. Oratio.

DEus, cuius déxtera beâtũ Petrũ ambulantẽ in flúctibus, ne mergerêtur, eréxit: & coapóſtolũ eius Paulũ tértio naufragántẽ, de profúndo pélagi liberâuit: exáudi nos propítius, & concêde: vt ambôrũ méritis, æternitâtis glóriam cõſequâmur. Qui viuis.

Léctio libri Sapientiæ.

HI ſunt viri miſericórdiæ, quorum iuſtítiæ obliuiónem non accepêrũt. Eccl. 44. Cũ ſémine eôrũ pérmanent bona: hæréditas ſancta nepótes eôrum.



**Breviary page, 17th century**
*Time Travel 101* lending collection
Cotsen Children's Library
Princeton University Library

Pro commemoratione ſanctorum martyrum Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij. Secreta.

MAieſtâtem tuam nobis, Dómine, quæſumꝰ, hæc hóſtia reddat immolanda placâtam, tuórum digna poſtulatióne ſanctórum. Per Dñm.

Matt. 24. Communio. Beâtus ſeruus, quem cùm vénerit dóminus, inuénerit vigilántem: amen dico vobis: ſuper ómnia bona ſua conſtituet eum.

Poſtcommunio.

DA, quęſumus, Dñe, fidélibus pópulis ſanctórũ tuòrum ſemper veneratiône lætári, & eôrum perpétua ſupplicatiône muníri. Per Dóminum.

Pro commemoratione ſanctorum martyrum Sergij, Bacchi, Marcelli & Apuleij. Poſtcommunio.

SAcraméntis, Dñe, muniâmur accéptis, & ſanctôrum mártyrũ tuórũ Sergij, Bacchi, Marcelli & Apuleij interceſſiône, contra omnes nequitias irruéntes, armis cæleſtibus protegâmur. Per Dóminum.

9. IN FESTO

Sanctorũ mart. Dionyſij, Ruſtici & Eleutherij. Introitus I.

Eccle. 44.



Apiéntiã ſanctórũ narrét pópuli: & laudes eôrũ núntiet ecclésia: nómina autẽ eôrũ viuét in ſæculũ ſęculi.

Pſalm. Exultáte iuſti in Dómino: rectos decet collaudatio. ℣. Glória. Pſal. 32.

Oratio.

DEus, qui hodiérna die beâtum Dionyſium mártyrem tuum atque pontíficem, virtûte conſtantiæ in paſſiône roboráſti: quique illi ad prædicándum géntibus glóriã tuam, Ruſticum, & Eleuthérium ſociâre dignâtus es: tribue nobis, quæſumus, eôrum imitatióne pro amôre tuo próſpera mundi deſpícere, & nulla eius aduerſa formidâre. Per Dñm.

Lectio Actuum apoſtolórum.

IN diêbus illis: Stans Paulus in médio Areopági, ait. Viri Atheniénſes, per ómnia quaſi ſuperſtitióſos vos video. Prætériens enim & videns ſimulâcra veſtra, inuéni & aram, in qua ſcriptum erat, Ignóto Deo. Quod ergo ignorantes cólitis, hoc ego annúntio vobis. Deus qui fecit mundum, & ómnia, quæ in eo ſunt, hic cęli & terræ cùm ſit Dóminus, non in manufactis templis hábitat, nec mánibus humánis cólitur, indigés áliquo, cùm ipſé det ómnibus vitam & inſpiratiônem & ómnia: fecítque ex vno omne genus hóminũ inhabitâre ſuper vniuérſam fáciem terræ, defíniens ſtatúta témpora, & términos habitatiônis eôrum, quærere Deum, ſi fortè attréctent eũ aut inuéniant, quamuis non lõgè ſit ab vnoquôque Cap. 17.

noſtrum

**Breviary page, 17th century**

*Time Travel 101* lending collection

Cotsen Children's Library

Princeton University Library

dona concíliet. Per Dóminũ.

Mat.24. Communio Beátus seruus, quẽ cùm vénerit dóminus, inuénerit vigilántem: amen dico vobis, super ómnia bona sua constítuet eum.

Postcommunio.

DEus, fidélium remunerâtor animârum, præsta: vt, beáti Leônis cõfessôris tui atque pontíficis, cuius venerándam celebrâmus festiuitâtẽ, précibus indulgéntiam consequâmur. Per Dóminum.

XIIII. Sanctorum martyrum Tyburtij, Valeriani, & Maximi.

¶ Si venerint ante Pascha, & voluerit quis de eis Missam celebrare, omnia dicantur de communi plurimorũ martyrũ extra tẽpus Paschale. Si autem venerint post Pascha, dicitur sequens Missa. Quod & in similibus seruatur.

Introitus 3.



Psal.144 Ancti tui, Dñe, benedícẽt te: glóriã regni tui dícent; alleluia, alleluia.

Ibidem. Psalm. Exaltâbo te, Deus meus rex, & benedîcam nómini tuo in sæculum, & in sæculum sæculi. ℣. Glória.

Oratio.

PRæsta, quæsumus, omnípotens Deus: vt, qui sanctôrum mártyrum tuôrum Tybúrtij, Valeriáni, & Máximi sollémnia cólimus, eôrũ étiam virtútes imitêmur. Per Dñm.

Epist. Stabunt iusti. de communi martyr. tempore Paschali, pag. 9.

Alleluia, alleluia. ℣. Sancti tui, Dómine, florébunt, sicut lílium; & sicut odor bálsami erũt ante te. Alleluia.

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini Psal.115
mors sanctôrum eius, alleluia.

Euangelium. Ego sum vitis vera. de eodem communi, pag. 10.

Offertor. Lætámini in Dómino, Psal.31.
& exultâte iusti: & gloriámini omnes recti corde, alleluia, alleluia.

Secreta.

HÆc hóstia, quæsumus, Dómine, quam in sanctôrum tuôrum natalítiis recenséntes offérimus, & víncula nostræ prauitâtis absóluat: & tuæ nobis misericórdiæ dona concíliet. Per Dóminum.

Communio. Gaudête iusti in Psal.32.
Dómino, alleluia: rectos decet collaudátio, alleluia.

Postcommunio.

SAcro múnere satiáti, súpplices te, Dómine, deprecâmur: vt, quod débitæ seruitûtis celebrâmus officio, saluatiônis tuæ sentiâmus augméntum. Per Dóminum.

Sancti Aniceti Papæ & martyris, XVII.
Missa de communi vnius martyris tempore Paschali, cum Oratione, Deus qui nos beáti. pag. 9. Et Euang. Amen, amen dico vobis: quia plorábitis. pag. 13.

In

**Breviary page, 17th century**
*Time Travel 101* lending collection
Cotsen Children's Library
Princeton University Library

Et dicitur Credo.

Luc. 1. Offertor. Aue Maria grátia plena, Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus: & benedíctus fructus ventris tui. Secreta.

IN méntibus nostris, quæsumus, Dómine, veræ fidei sacraménta confirma: vt, qui cónceptum de virgine Deum verum & hóminem cõfitêmur, per eiúsdem salutíferæ resurrectiônis poténtiam, ad ætérnam mereâmur perueníre lætítiam. Per Dóminum.

Præfatio. Et te in annuntiatiône.

Isaiæ 7. Communio. Ecce, virgo concípiet, & páriet filiũ: & vocábitur nomen eius Emmánuel. Postcomm.

GRátiam tuam, Dñe, méntibus nostris infúnde: vt, qui ángelo nũciánte, Christi filij tui incarnatiônẽ cognóuimus, per passiônem eius & crucẽ, ad resurrectiônis glóriam perducâmur. Per eúndẽ dñm.

FESTA APRILIS.

11. IN FESTO sancti Leonis Papæ & confess.

Introitus 1.

Eccl. 45. STátuit ei Dóminus testaméntum pacis, & príncipem fecit eum: vt sit illi sacerdótij dígnitas in ætérnum.

Psalm. Meménto Dómine Dauid, & omnis mansuetúdinis eius. Psal 131

℣. Glória patri. Oratio.

EXaudi, quæsumus, Dñe, preces nostras, quas in beáti Leônis cõfessôris tui, atque pontíficis sollemnitâte deférimus: & qui tibi dignè méruit famulári, eius intercedéntibꝰ méritis, ab ómnibus nos absólue peccátis. Per Dóminum.

Epist. Ecce sacérdos magnus. de communi confess. pont. pag. 21.

Graduale. Ecce Sacérdos magnus, Eccl. 44.
qui in diêbꝰ suis plácuit Deo. ℣. Non est inuéntus símilis illi, qui conseruâret legem excélsi.

Tractus. Beátus vir, qui timet Dóminum. de communi confessoris pontificis, pag. 21.

Post Pascha. Allelúia, allelúia. ℣. Tu es sacérdos in ætérnum secúndũ Psal. 109
órdinem Melchísedec. Allelúia. ℣. Hic est Sacérdos, quem coronâuit Dóminus, allelúia.

Euang. Venit Iesus in partes Cæsareæ. vt supr. in Cathedra, pag. 17.

Offertor. Inuéni Dauid seruum Psal. 88.
meum, óleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliábitur ei; & bráchium meum confortábit eum.

Secreta.

SAncti Leônis cõfessôris tui atque põtíficis, quæsumus, Dñe, ánnua sollémnitas pietáti tuæ nos reddat accéptos: vt per hæc piæ placatiônis officia, & illum beâta retribútio comitêtur, & nobis grátiæ tuę

dona

**Breviary page, 17th century**
*Time Travel 101* lending collection
Cotsen Children's Library
Princeton University Library

Achaz. Achaz autem, génuit Ezechîam: Ezechias auté, génuit Manáſſem: Manáſſes aũt, génuit Amon: Amon auté, génuit Ioſiam. Ioſias auté, génuit Iechonîam & fratres eius in tranſmigratiône Babylônis. Et poſt tranſmigratiôné Babylônis, Iechonías génuit Saláthiel: Saláthiel autem, génuit Zorobabél: Zorobabel auté, génuit Abiud: Abiud autem, génuit Eliachim. Eliachim autem, génuit Azor: Azor autem, génuit Sadoc: Sadoc autem, génuit Achim: Achim autem, génuit Eliúd. Eliúd auté, génuit Eleazar: Eleazár auté, génuit Mathan: Mathan autem, génuit Iacob. Iacob auté, génuit Ioſeph virum Mariæ. De qua natus eſt Ieſus, qui vocâtur Chriſtus. Credo.

Offertor. Beâta es virgo Maria, quæ ómnium portâſti creatôrem: genuíſti qui te fecit: & in ætérnum pérmanes virgo.

Secreta.

VNigéniti tui, Dñe, nobis ſuccúrrat humánitas: vt, qui nat⁹ de vírgine, matris integritâtem non minuit, ſed ſacrâuit: in Cõceptiônis eius ſolléniis, noſtris nos piáculis éxuens, oblatiôné noſtrã ſibi fáciat accéptam Ieſus Chriſtus Dóminus noſter. Qui tecũ viuit.

Præfatio de beata Virgine.

Communio. Beâta víſcera Mariæ virginis, quæ portauérunt ætérni patris filium.

Poſtcommunio.

SVmpſimus, Dómine, celebritâtis ánnuę votîua ſacraménta: præſta, quæſumus: vt temporâlis vitę nobis remédia prębeant, & ætérnę. Per Dñm.

¶ Pro cõmemoratione ſancti Melchiadis Papæ & martyris. x.
Oratio. Infirmitâtem. cum ſua Secreta, & Poſtcommunione. de communi vnius martyris pontificis. pag. 2.

## IN FESTO S. DAMASI xi.

Papæ & confeſſ. Introitus. 3.



SAcerdótes tui, Dómine, índuant iuſtítiam; & ſancti tui exúltent: propter Dauid ſeruum tuũ non auertas faciem Chriſti tui. Pſal. 131.

Pſalm. Memento Dómine Dauid: & omnis manſuetúdinis eius. Ibidem.

℣. Glória patri.

Oratio.

EXáudi Dómine preces noſtras: & intercedénte beáto Damaſo confeſſôre tuo atque pontífice, indulgéntiam nobis tríbue placâtus, & pacem. Per.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apóſtoli ad Hebræos.

FRatres: Plures facti ſunt ſacerdótes ſecúndũ legem, Cap. 7.
iccírco quòd morte prohiberétur permanêre. Ieſus autem eò quòd máneat in ætérnum, ſempitérnũ habet ſacerdótiũ. Vnde & ſaluâre in perpétuum poteſt,

**Breviary page, 17th century**
*Time Travel 101* lending collection
Cotsen Children's Library
Princeton University Library



et crucem ad resurrectionis
gloriam perducamur. Per
eundem dominum nostrum
ihesum xpm filium tuum:
Qui tecum vivit et regnat
in unitate spiritus sancti
deus. Per omnia secula se
culorum. Amen. V. Bene
dicamus domino. Deo gratias.
Benedicat et custodiat
nos omnipotens et mi
sericors dominus pater ✠
et filius ✠ et spiritus sa
nctus ✠ Amen. Initium
sancti euuangelii secun
dum iohannem. Gloria
tibi domine

**Book of Hours page, circa 1475**

*Time Travel 101* lending collection

Cotsen Children's Library

Princeton University Library



venit in nomine domini o
sanna in excelsis. Agnus
dei qui tollis peccata mundi
miserere nobis. Agnus dei
qui tollis peccata mundi mi
serere nobis. Agnus dei q
tollis peccata mundi. dona
nobis pacem. Communio
Beata viscera marie vir
ginis que portauerunt eter
ni patris filium. Oremus.
Gratiam tuam Oratio
quesumus domine
mentibus nostris infunde
ut qui angelo nunciante xpi
filii tui incarnacionem cog
novimus per passionem ei9

**Book of Hours page, circa 1475**
*Time Travel 101* lending collection
Cotsen Children's Library
Princeton University Library


In principio erat ver
bum et verbum erat
apud deum et deus erat ver
bum. Hoc erat in principio
apud deum omnia per ipsũ
facta sunt. et sine ipso factũ
est nichil. Quod factum e
in ipso vita erat et vita erat
lux hominum. et lux in te
nebris lucet et tenebre eam
non comprehenderũt. Fuit
homo missus a deo cui no
men erat iohannes. Hic ve
nit in testimonium ut tes
timonium perhiberet de lu
mine ut omnes crederent
per illum. non erat ille lux

**Book of Hours page, circa 1475**
*Time Travel 101* lending collection
Cotsen Children's Library
Princeton University Library

non approximabunt Tu es
refugium meum a tribulatione
que circumdedit me exultatio me
a erue me a circumdantibus me
Intellectum tibi dabo et in
struam te in via hac qua gra
dieris firmabo super te oculos
meos Nolite fieri sicut equus
et mulus quibus non est intel
lectus In chamo et freno ma
xillas eorum constringe qui non
approximant ad te Multa
flagella peccatoris sperantem
autem in domino misericordia circumdabit
Letamini in domino et ex
ultate iusti et gloriamini omnes
recti corde Gloria patri et fi

**Book of Hours page, circa 1475**
*Time Travel 101* lending collection
Cotsen Children's Library
Princeton University Library



cui non imputavit dñs pec
catum nec est in spiritu eius dolus
Quoniam tacui inveteraverunt os
sa mea dum clamarem tota
die. Quoniam die ac nocte gravata
e super me manus tua conver
sus sum in erumpna mea dum
configitur spina. Delictum
meum cognitum tibi feci et in
iusticiam meam non abscondi.
Dixi confitebor adversum
me iniusticiam meam domino
et tu remisisti impietatem pec
cati mei. Pro hac orabit ad te omnis
sanctus in tempore oportuno.
Verumtamen in diluvio a
quarum multarum ad eum

**Book of Hours page, circa 1475**
*Time Travel 101* lending collection
Cotsen Children's Library
Princeton University Library



seruite domino in leticia
Introite in conspectu eius
in exultatione Scitote q̄
niam dominus ipse ē deus
ipse fecit nos et non ipsi nos
Populus eius et oues pas
cue eius introite portas eius
in confessione atria eius in
hymnis confitemini illi
Laudate nomen eius quo
niam suauis est dominus in eter
num misericordia eius et
usq; in generatione et gene
rationem ueritas ei⁹ Glo
ria patri Maria uirgo
assumpta est ad ethereum
thalamum in quo rex

**Book of Hours page, circa 1475**
*Time Travel 101* lending collection
Cotsen Children's Library
Princeton University Library



stellato sedet solio. antiphona
In odorem psalmus David
Deus deus meus ad te de
luce vigilo. Sitivit in te anima
mea quam multipliciter tibi caro
mea. In terra deserta et invia
et inaquosa sic in sancto apparui
tibi ut viderem virtutem
tuam et gloriam tuam. Quoniam
melior est misericordia tua
super vitas labia mea laudabunt
te. Sic benedicam te
in vita mea et in nomine tuo
levabo manus meas. Sicut
adipe et pinguedine repleatur
anima mea et labiis exultationis
laudabit os meum.

**Book of Hours page, circa 1475**
*Time Travel 101* lending collection
Cotsen Children's Library
Princeton University Library